


tamen solutiones quaestiones alias movent, ut denique manifestum sit quaestioni initiali responderi non posse nisi clare distincteque excogitetur generatio quaedam prorsus singularis nobisque aliunde ~~prorsus ignota. Quod ubi fit, ad hypotesin pervenitur~~ prorsus ignota. Quod autem excogitatur ad solutionem problematis, hypothesis est. Quod autem prorsus singulare <sup>excogitatur</sup> nobisque aliunde prorsus ignotum, illud ~~ne~~ neque ratio demonstrat neque fontes clare et certo continent.


Quibus perspectis, equidem haud negarem in casu quodam particulari aliquem haerere ancipitem utrum de determinatione dogmatica agatur an de hypotesi intelligentiae theologiae.

*W*



tamen solutiones quaestiones movent alias, ut denique manifestum sit quaestioni initiali responderi non posse nisi clare distincteque excogitetur generatio quaedam prorsus singularis nobisque aliunde prorsus ignota. Quod autem excogitatur ad solutionem problematis, saltem hypothesis est. Quod ~~est~~ prorsus singulare est nobisque aliunde ignotum, neque ratione demonstratur, neque a theologia biblica exponitur, neque determinatione dogmatica innotescit. Attamen, idem etsi sequatur neque ex principiis rationis neque ex principiis fidei, eiusmodi esse potest ut ipsum sit principium unde sequantur ea quae fidei sunt

*W*




Duodecimo, dubitari potest utrum conveniãns sit hæc principiorum distinctio. Convenit quidem cum usu moderno qui principium reputat ~~nam~~ (1) ex quo primo sequuntur alia et (2) quod ipsum ex prioribus non sequitur. Differt autem ab usu graeco et antiquo qui in principio agnoscebat non solum functionem logicam supra descriptam sed etiam intrinsecam quandam evidentiam atque certitudinem.

Quod si convenientia mensuratur secundum usum terminorum antiquum, dubitari non potest inconvenienter ea nominari principia quae hypothetice proponuntur; non enim hypothetice proponitur quod in se et evidens et certum est.


Sin autem convenientia ex ipsis factis mensuratur, multipliciter suadet ut principia nominentur secundum functionem logicam.

Nam in primis ipse antiquus et graecus usus suam complexitatem habuit; necessitat enim distinctionem inter priora quoad se et priora quoad nos, et aliam distinctionem inter notiora quoad se et notiora quoad nos, et illud denique paradoxon quod priora quoad se non sunt notiora quoad nos. Quibus omnibus quid efficitur? Sane ut agnoscantur principia quae tamen ~~ita~~ nobis minus sint evidentia et certa.

Praeterea, quae fide credimus, ea secundum functionem logicam sunt principia; ex iis enim alia concludimus; sed ipsa fides non est conclusio. Attamen, quae fide credimus, ea propter divinam auctoritatem auctoritatem suscipimus, et non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam (DB 1789)



Duodecimo, dubitari potest utrum conveniens sit haec principiorum divisio, cum in usu graeco et antiquo principium dictum sit quod (1) non solum primum fuit in ordine quodam logico (2) sed etiam intrinsecam quandam evidentiam hab



Divinarum personarum = inserto p 15 = 46

Deinde, omnis cognitionis supernaturalis principium in nobis est fides (DB 1795); quo ex principio multa concludimus; at idem principium minime possidet intrinsecam quandam evidentiam, nam propter auctoritatem Dei credimus et non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam (DB 1789)

